Ludewicus dei gratia palatinus comes Rheni et dux Bawarie. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis. quod nos et abbas et fratres con
ventus de Prunveningen mediantibus viris religiosis et discretis. Abbatibus videlicet de Tegernse et de Scheiren. Cunone et summo preposito. cum plebano ma
ioris ecclesie Ratisponensis. inter alias dictis. pro edificatione castri nostri in Abbach. in fundo ecclesie ipsorum eis invitis constructi. concordati sumus. ut nos
de bonis ipsorum ad fundum castri. quibusdam agris apud Danubium. in quibus forum situm est. et quibusdam aliis agris. terra cuneate. que publica
strata a ceteris ipsorum bonis discernit. usque ad rivum vulgo Chublesprunne dictum receptis. parte quoque nemoris iuxta Abbach. et curte in Wihs
pirc consertitam predium Chunigeshusen cum omnibus suis adiacentiis cultis et incultis quod a regia manu iure beneficii possedimus. hac
interposita conditione. ut condigno concambio idem predium regali confirmatione ipsis legitime confirmandum. sine omni eorum dampno conferremus. Similiter
predium quoddam in Mertinge cum omnibus suis pertinentiis quod de manu Leutoldi pincerne nostri accepimus. tali mediante pacto illis tradidimus. ut quibus
cumque iam dictum predium. Leutoldus pincerna noster contingeret. nos sine gravamine aliquo suum recompensationem ex.... Preterea omnem decimationem de
bonis ab ipsis receptis. que et de omnibus eos castrum .... contingunt ... in frugibus diversis. in capitibus et caseis et volatilibus in perpetuum delegavimus eis
singulis annis de publicis nostris officiis persolvendam. Compromissum et a nobis fideliter perfirmatum quod omnes castellani illi castri in predicto monasterio perpetuam sibi
pone sepulturam. Item villicum ville Prunveningen in iurisdictione abbatis cenobii perpetualiter transferendum fideliter compromisimus. et quod idem abbas curie nostre an
tea collaudavimus. Item quod neque nos per nos neque per nepotes nostros numquam in omnibus advocatus bonorum suorum tam habitis a nobis quam in futurum habendis sive
um collatis. quod et castris nostris ubicumque ... per aliquam violentiam passuri. nisi sub pena dupli recompensationis a nobis exhibita. Item a nobis
sub forma sponsionis compromissum est. ut si quisquam dictum castrum aliquo modo aut eventu cessare contingeret. vel a legitimo herede masculo vacare
non solum ipsa edificia cum omnibus bonis a monasterio receptis. sed omnia a nobis in concambium collata fratribus irrevocabiliter permaneant. Acta sunt autem
hec omnia tali mediante conditione. ut infra spatium curie nostre sponsionis anni. universa que prediximus. tam papalibus quam et regalibus privile
giis roborarentur. salvis omnibus laboribus et expensis monachorum. Alioquin omni prius posita conditione. cassa foret ... forma compositionis.
... revocata .... fieri debet. si per factam confirmationem. aut per nos. vel per aliquos nostros successores dicta possessio
... non observetur. ... declarationem. hanc cartam pro memoriali habendam. sigilli nostri appensione muniri feci
... Testes quoque presentes ... sponsionis adesse ... annotari statuentes.
Heinricus abbas de Tegernse. Chunradus abbas de Schiren. Gotfridus summus prepositus Ratisponensis. Fridericus plebanus maioris ecclesie Ratisponensis. Albertus comes de Bog
en. Chunradus comes de Mosburc. Diepoldus lantgravius de Leuchtenberge. Wernhart comes de Rotenekke. Ulricus de Werde canonicus Ratisponensis. Chunradus ple
banus de Chelheim. Eglolfus plebanus in Hembur. Gregorius plebanus de Linthart. Hiemo clericus. Heinricus de Randek. Wernherus de Labor. Albertus Wolf de Lan
gendorf. Hoholdus de Ridekke. Ulricus de Walnitz. Ulrich de Dachau. Hilpraht de Zant. Baldwinus de Parte. Otto de Lizinge. Perhtoldus
innechouen. Fridericus de Schonhouen. Heinricus Spiegel. Heinricus de Stufe et frater eius Ekkebertus. Ulricus de Getolfinge. Ulricus de Waldauwe.
Ulrich de Hofrin. Ulrich de Taphheim. Ekkehardus de Ekkinmul. Fridericus Ruber. Heinricus de Affalter. Perhtoldus de Pchouen. Heinricus de ...
... Ulrich et Heinricus de Swarzenbach. Chunradus de Hertinge. Fridericus de Waltenhouen. Chunradus de Sala. Chunradus Pullex. Ulrich
Perhtoldus de Awekkinge. Perhtoldus de Pchouen. Gebehart de Peukheim. Heinricus de Lihtenberc. Chunradus de Solzpurch. Heinricus de Pappen
... Sigehart. Heinricus de Gaimende. Heinricus de Cahenstein. Fridericus de Potensteten. Et alii quam plures.
Acta sunt hec in Prunveninge. Anno Incarnationis domini. M.CC.XXIIII. Indictione .XII. .... Januarii.